



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 12. Lansacus Franciæ Orator Tridentum veniens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. XII.

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

*Lansacus Franciæ Orator Tridentum
veniens.*

Hæc dum interea gerebantur, Sange-
lasius Lansacus a Franciæ Rege
ad Synodum missus Tridentum vene-
rat. Ingredebatur urbem equo vectus,
medius inter Lusitanæ Oratorem, &
tres Patriarchas, comitantibus illum
plusquam quinquaginta Episcopis, qui
adventanti obviam processerant. Hæc
gesta fuere die decima octava Maij,
qua die duo illius focii adhuc aberant,
eoquod serius Parisiis discessissent: mox
autem Regina Franciæ Administratrix
de Lansaci discessu Ferdinandum Impe-
ratorem sollicitè certiore redderat, ac
per Rhedonensem Episcopum, qui apud
Cæsarem legatione fungebatur, eidem
significabat, Lansaco in mandatis da-
tum, ut in quovis negotio conjunctim
cum Cæsareæ Majestatis suæ Oratori-
bus ageret. Eadem quoque Lansacus
ad Insulanum altera post adventum
suum die Romam perscripsit his verbis:
„Exarratis illis literis, quas ad te per
„Niquetum transmiseram, nullam dedi
„ad te epistolam, cum opportuna scri-
„bendi occasione destitutus essem, ac
„nil speciale, quod significarem, occur-
„reret: nunc vero tibi indico, me heri
Tri-

*Pallav. l. 16.
cep. 10.*

*Lett. de
Lans.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

„Tridentum venisse, ubi Synodi Pa-
 „tres, quod Regis Domini nostri Mi-
 „nistrum præsentem cernerent, summa
 „lætitia perfosos fuisse vel exinde col-
 „ligo, quod ab eis perbenigne, ac hono-
 „rifice fuerim exceptus, & quamvis
 „inter ceteros, qui advenere, ferme
 „postremus sim, satis tamen commo-
 „dum diverforium mihi assignatum ha-
 „beo, omnique obsequiorum genere
 „color: ceterum nonnihil anxium me
 „reddit, quod Ferrierus, & Pibracus
 „nondum advenerint, ast eorum iter
 „abs dubio ob undarum exundantiam,
 „qua Pedemontium, & Longobardia
 „miserè devastantur, fuit retardatum:
 „nunc vero subsidentibus aquis eos hac
 „septimana adventuros spero, ut ad-
 „huc satis amplum nanciscantur tem-
 „poris spatium pro concinnando ser-
 „mone, quem eorum alteruter in pro-
 „xima Sessione declamaturus est: in-
 „terea crastina die Legatos visum ibo,
 „ac cum Cæsareæ Majestatis Legatis,
 „aliisque conferam, ut una omnes, quic-
 „quid ad Dei honorem, & Christiano-
 „rum salutem conducere poterit, cun-
 „ctis viribus procuremus.,,

His ita præmissis Lansacus mandata,
 quæ eidem data fuerant, articulatim
 recensens Insulanum rogabat, quate-
 nus Romæ duos articulos decidi cura-
 ret,

ret, cum eos in Tridentina Synodo haud prospere agitandos praevideret: Sæcul. XVI.
A.C. 1552.
porro articulorum primus erat, ut Pontifex suis Legatis præciperet, ne quicumquam præcipiti consilio agerent, sed patienter Præsules ad Synodum necdum delatos, præcipue vero Gallos præstolarentur, eoquod hi validas absentiae suæ exculationes Pontifici haud incognitas habeant, atque aliunde intra duos, tresve Menses illic adfuturi essent, atque interea in Francia tumultus sopiri speraretur. Altero petebatur, ut Pontifex, prout sæpius dixisset, ac pollicitus esset, tam in propositionibus, & suffragiis, quam in deliberationibus Synodo libertatem relinqueret, nec ullos limites eidem præscriberet, ne calumniandi ansam præbere videretur, perinde ac si ad Synodi Præsides *Pontifex Spiritum sanctum, qui Synodum gubernat, in Tabellarii mantica clausum Roma subinde mitteret: (*)* pariter

(*) Ad hoc scomma Continuator hæc in margine addit: *Pallavicinus l. 16. c. 10. n. 14. hæc Gallici Oratoris verba vehementer redarguit, dixitque, quod illis prior usus fuisset Quinquæclesiensis Episcopus scribens ad Maximilianum II. quam merito autem Pallavicinus contra hujus Oratoris levitatem insurrexit,*

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

ter ne Papa fineret, ut ea, quæ in Concilio proposita, aut definita fuere, Romæ in finistram partem verterentur, aut ab otiosis hominibus ludibrio exponerentur.

rit, ex his ejusdem verbis patet: *Nunc ad celebre Scomma memoratæ epistolæ transeamus, QUOD SPIRITUS SANCTUS IN MANTICA DEFERRETUR AD CONCILIUM, hoc dictum per ora vulgi postea celebratum est, cum Episcopo quinque ecclesiarum tribueretur, quasi contentum in illius scripto ad Maximilianum II. cujus dicti pars, tanquam digna, & impudentissima tanti supercilii frons, apposita est in facie operis Suaviani, ab eo, qui vivente Suavi illud latine vertit: verum si non extima facies pro more vulgi, æque ignari, ac maligni, sed intima soliditas, illius repetiti dictærii consideretur, ægre poterit inanius quidquam ea soliditate reperiri; id enim quod apponitur, neque ubi verum esset ullam contineret umbram mali, neque in hoc casu ullam continet umbram veri; atque ad utrumque dispiciendum opus cuiquam non est, ut sit aquila, satis est, ne sit talpa.*

Quod spectat ad priorem partem, cum S. Leo scripsit ad Flavianum Patriarcham in Concilio Chalcedonensi memorabilem illam epistolam, quæ incipit, *LECTIS DILECTIONIS TUÆ LITERIS*, adoratam, & comprobatam a Sexcentis, ac triginta Episcopis ibi coactis, tanquam

„ponerentur, quemadmodum, prosequen- Sæcul XVI.
 „batur Lanfacus, circa Residentiam A.C. 1562.
 „Episcoporum factum fuisse percepi,
 „ut scirent Patres, an, nec ne ea sit
 juris

quam vocem plane S. Spiritus, fuitne illa de-
 lata in mantica tabellarii, an divinitus admi-
 rabili quodam modo deportata, compertum cum-
 fxis est, cum Deus instituerit, ut Fides per ser-
 monem disseminetur, sermo vero duplici ratione
 habeatur, locutione, & Scriptura; cumque
 hæc posterior communior sit, utpote absentibus,
 qui absque comparatione plures sunt, accom-
 modata; & cum hæc scriptorum, literarumque
 communicatio fiat per commeantes gestores mer-
 cenarios, hoc est per tabellarios, qui traditas
 sibi scripturas manticis deferunt, nihil indeco-
 rum intervenit, quod Spiritus Sancti lux in
 manticis deferatur: hujusmodi instrumento non
 semel Concilia, & Pontifices lumen acceperunt
 ad S. Spiritus verbum interpretandum. Et-
 enim cum is voluerit humano modo, & non di-
 vinitus agere, instituit, ut Concilia & Ponti-
 fices, antequam definiant, adhibeant humani
 studii Solertiam; quod non solum proprii ejus-
 piam ingenii opera nititur, sed communicatione
 pariter cum absentibus, quam in Synodi quæ-
 stionibus, & etiam antea diu habuit Cervinus
 legatus cum Guilielmo Sirloto, ut constat ex
 volumine literarum, de quo longe supra mentio-
 nem feci; postea vero cum Sirloto Seripandus,
 ut

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

„juris Divini, quamvis id luce meri-
„diana clarius esset: si vero hac de
„re mentionem fieri, ægre feratur,
„vix sperari poterit, quod de ceteris
rebus,

ut patet ex altero volumine, utroque in Vati-
cana Bibliotheca asservato, & qualem habent
complures Episcopi cum Theologis, qui ab ipso-
rum nationibus distant, ipsi etiam Romani Pon-
tifices, sicuti dicebam, tametsi agnoscant in se-
certam Sancti Spiritus custodiam, tamen cum
adstringantur ad humanam diligentiam, pro eo,
ac par est, præmittendam, atque ad non feren-
dam cæco modo sententiam, dedignati non sunt
exteriorem S. Spiritus lucem sibi quærere per
manticas tabellariorum studentes non præsentium
modo Theologorum sententiam coram audire
(quo pacto a Leone, & Innocentio X. peractum
est; ab illo in Senatu, ab hoc in peculiaribus
cætibus, antequam proscriberentur opiniones
Lutheri ab altero, ab altero Jansenii;) sed
etiam interdum a doctissimis Academiis longin-
quis, antequam ad Sanctiones deveniretur.

Dixi, *LUCEM EXTERIOREM SPI-
RITUS SANCTI*; quoniam præter hunc
sensibilem Sermonem, qui ab aliorum linguis,
seu calamis ad nos immittitur, altero nobiliore,
& efficaciore opus est, qui solum ab illo Divino
Spiritu nobis afflatur, & ab Augustino dicitur,
*VOX ALTA, ET SECRETA IN EA
PAR-*

rebus, quæ adhuc propius accedunt, Sæcul. XVI.
A.C. 1562.
 agendi libertas sit concedenda, ac
 proin omnis spes prosperi ex hac Sy-
 nodo successus præcidatur, ac potius
 in-

*PARTE, IN QUA NULLUS HOMO
 EFFICERE POTEST, UT PROXIME
 AUDIATUR: Et sine quo nihil valeret vir-
 tus, seu verborum, seu scriptorum, pro eo quod
 idem S. Doctor ostendit adversus Pelagium, sed
 Deus qui plerumque operari non vult mirabili
 quodam modo, tunc solet mentibus inspergere
 suum hoc interius eloquium, cum illæ excitantur
 per naturalem sensus viam ab exterioribus mo-
 nitis, aut linquarum, aut paginarum, atque
 hic interior sermo, est verus, ac proprius S. Spi-
 ritus adventus, quippe qui sola ipsius operatio
 est, nec ab ulla re creata præstari potest: at
 vero motiones illæ extrinsecus excitatæ a præ-
 dicationibus, a colloquiis, a Scripturis, non
 modo sunt effectus naturalium causarum, sed
 interdum cum peccato conjunctæ, ut evenit, cum
 illarum auctor rectas quidem doctrinas profert,
 sed animo minime recto, exempli causa, meræ
 gloriolæ mortalis gratia. En diffatas vanissi-
 mas illas larvas, deformem speciem præseferen-
 tes, quam rudiorum oculis exhibere poterat ea
 scommatis forma, SPIRITUS SANCTUS
 TABELLARIORUM MANTICA DE-
 FERTUR.*

Hist. Eccles. Tom. XLV.

C

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

„integra Christianæ Reipublicæ ruina
„pertimescenda sit, si Synodus dissol-
„veretur, priusquam omnibus rebus ne-
„cessariis fuisset prospectum: hac tamen
„in re seponendi sunt omnes privati af-
„fectus, ac humana commoda, sola-
„que Dei gloria est quærenda, ut sanctæ
„Ecclesiæ sua puritas, ac dignitas ipsi
„debita reddatur.„

„His omnibus ita dispositis, perge-
„bat idem Orator, certus sum, fore, ut
„anno nondum evoluta, aut paulo am-
„plius tota Christiana Respublica ad
„unionem revocanda sit, ac proin pauca
„admodum componenda supersint: infu-
„per sperare possumus, quod tunc, si
„nostrorum Præsulum potissimi præfixo
„tempore in Synodo adfuerint, Angli
„quoque, ac Germanorum plurimi pa-
„riter accessuri sint.„ Postea Lanfacus
Insulanum rogabat, ut suo nomine epi-
stolam Pontifici tradat, ac sollicitè at-
tendat, quo animo Papa illam recipiat:
de cetero autem eidem fidem faciat,
quod ipse, cunctique ceteri Franciæ
Regis Ministri, omnesque Galliæ Præ-
sules, qui Tridentum venturi sunt, nil
intentatum relicturi sint, ut honor, ac
Pontificiæ dignitatis, Sedisque Apo-
stolicæ jura promoveantur, conserven-
tur, ac defendantur: cum hæc sit Re-
gis voluntas, quam ejus Prædecessores
omni

omni tempore executi sunt: pariter tamen Pontificem persuasum reddere Infulanus jubebatur, quod iidem suis partibus haud defuturi omnia ea impendere velint, quæ ad firmam, sanctam, atque integram Reformationem in Capite, & membris necessaria pro conscientia suæ ratione judicaverint, non alio modo, ac ab ipsamet Sanctitate sua, si sacrosanctæ huic Synodo præsens esset, adimpletum iri illi confidunt.

§. XIII.

Papæ responsum ad Lansaci postulata.

Verum summus Pontifex ad postulata ipsi proposita animum minus propensum exhibebat; cum enim nuntiatum esset, a quibusdam Franciæ Episcopis, ac nonnullis aliis palam propugnari, quod Synodus sit Pontifice superior, atque in Galliis, coacto Senatu Annatæ, quas Romana Curia exigere solebat, fuerint suppressæ, his Gallorum ausibus summopere commovebatur Pontifex, adeo, ut bona Ecclesiastica pro belli tum in toto Regno contra Calvinistas accensi sumptibus alienandi facultatem concedere omnino renueret, vel saltem eam duris adeo conditionibus indulgere statueret, ut Rex illa uti haud consultum censeret:

C 2

vicissim

Sæcul. XV.
A.C. 1562.